



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

C. VI. *g* Irrita sit electio, que non a catholico facta probatur. Unde Gregorius scribit Mediolanensibus, lib. 5. epist. 65.

Nos a in hominem qui non a catholicis b eligitur, nulla prabemus ratione consensum: nec, si aliquis presumptionis usurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem illum sacerdotis suscipimus.

QVÆSTIO II.

QUod autem Episcopus, vel quilibet superiorum clericus alterius sine proprio literis ordinare non debeat. Calixtus Papa scribit epist. 2. ad Episcopos Galles, dicens. C. 1. *g* Alterius ecclesie parochianum nullus iudicare presumat.

Nullus e alterius terminos ulurpet, nec alterius parochianum iudicare, vel ordinare d, aut excommunicare presumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit: quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur. Unde & Dominus loquitur, dicens e. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.

C. II. PALEA. [Unde i. Virbanus Papa.]

Placuit s ut deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti recipere ad penitentiam sine eius consensu, cui prius se commisit, nisi per ignorantiam g illius. cui penitens prius confessus est. Qui vero contra hæc statuta facere presumpserit, gradus sui periculo subiacet.

g Unde] Antea erat, Idem, hoc est, Calixtus: quia, cum Palea hæc nondum esset inserta sequelatur ca. nullus primas, quod est Calixti. Hæc autem Paleam citat Gratianus ex Virbano secundo infra de penit. dist. 6. c. fin.

C. III. *g* In alterius parochia, nisi eo vocato, nulli aliquid agere licet. Item Calixtus epist. 2.

Nullus b primas, nullus metropolitanus, nullusque reliquorum Episcoporum, alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochia) super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius juris esse dignoscitur, aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Similiter presumpserit, damnabitur, & non solum illi, sed cooperatores, eique consentientes: quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus procedat iudicabit, aut iudicare poterit.

C. IV. *g* De eodem. Item ex concilio Nannetensi, c. 1.

In i Dominicis vel festis diebus Presbyteri, antequam Missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in ecclesia sit, qui proprio contempto Presbytero, ibi Missam velit audire. Quem si invenerint, statim ab ecclesia abjiciant, & ad suam parochiam redire compellant.

g Hoc & sequens caput absunt à s. vetustioribus & emendationibus Gratiani exemplaribus. In ceteris autem habentur sine nomine Palea, quemadmodum & in excussis. Estat autem utrumque.

a Polyc. l. 2. tit. 1. b Catholici, & maxime a Longobardis, orig. c Ansel. l. 6. c. 120. Ivo p. 14. c. 72. & p. 5. c. 236. d abest ab orig. e Dicit. 16. Proverb. 22. f sentent. 2. dist. 21. c. De penitentia, dist. 6. c. fin. g al. pro ignorantia. h Polyc. lib. 2. tit. 24. Burch. l. 1. c. 600. Ansel. l. 6. c. 119. Ivo p. 5. c. 201. Pann. l. 4. c. 28. infra Episcopum, ver. nam si. i ext. de paroch. 2. Burch. l. 2. c. 92. Ivo p. 1. cap. 122.

in concilio Nannetensi, & ex eo citatur hoc primum in Decretal. tit. de paroch. c. 2. & à Burchardo & Ivone; sicq. concilium est eum antea citaretur ex concilio Meldensi.

C. V. *g* De eodem. Item ex eodem concilio Nannetensi, c. 2. **N**ullus Presbyter, aut i Diaconus alterius plebanum (nisi in itinere fuerit vel placitum ibi habuerit) ad missam recipere audeat.

g Aut Diaconus] Ista dua voces neg. in concilio, neque in capitularibus, neg. apud Burchardum leguntur.

C. VI. *g* Ad ordinationem clericorum, vel ecclesiarum alterius Episcopi, nisi ab eodem iurati, non accedat Episcopus. Item ex concilio Antiocheno, c. 13.

Nullum e Episcoporum audere debere ex alia provincia ad aliam transire, & ordinare aliquem in ecclesiis, aut proficere ad sacrum ministerium. Nec ab aliis illuc trahatur Episcopis: nisi forte per litteras rogatus abierit, non solum a metropolitano, sed & ab his, qui cum eo sunt, omnibus ipsius provincie Episcopis. Quod si nullo invitante inordinare superveniat, & aliquos, vel ordinare presumpserit, vel quoslibet alios illi ecclesie competentes, qui ad se minime pertinent, usurpare tentaverit, vacua quidem & inania erunt omnia quæ gesserit: ipse vero huius indisciplinatus, & irrationabilis coepi dignas causas expendat, & novam depositus a sancta synodo, & propter huiusmodi presumptionem jam prædamnatus.

g Hæc est prisca versio. Dionysii autem interpretis, qui & concilium istius est inserta, & à Burchardo & Ivone asserta, ipsius exprimit sententiam canonis græci. Tamen, quoniam neque ipsa omnibus locis omnino respondet, visum est verba græcorum in versione apponere.

Μὴδὲν ἐπίσκοπον τοῦ μὲν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπίσκοπον μεταβαίνειν, καὶ ἡρώστον ἐν ἐκκλησίᾳ τῆς αἰσθαλίᾳ λατρείας, καὶ ἐν αὐτῇ πύρρον τῆς ἰσχύος, καὶ μὴ πνευματικῆς ἀφῆρητο διὰ τὸ ἀκατάστατον τῆς μετροπολίτις, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, οὐδ' ἂν ἴσχυον παρεγγίαι. ἀ ἰ μὴδὲν ἐκ τοῦ μὲν ἐπίσκοπος ἀποκρίσας ἐπὶ ἡρώστον πύρρον, & κατὰ τὴν οὐλοστικὴν πνευματικὴν μετὰ τῶν αὐτῶν, ἀκατάστατον τῶν αὐτῶν πνευματικῶν τῶν κατὰ τὴν ἰσχύος τῆς ἀπερίας αὐτῶν, καὶ τῆς πνευματικῆς ἐπιχρησίας τῆς ἀσθητικῆς δικῆς, καὶ τῆς ἰσχύος τῆς αὐτῶν πύρρον.

Nullus Episcopus audeat ab una provincia in aliam transire, & in ecclesia aliquo ordinare ad promotionem liturgie f, nec si alios una secum adducat, nisi accitus venerit per literas metropolitani, & eorum qui cum illo Episcoporum, in quorum regionem accedat. Quod si nemine vocante inordinare advenierit, ut aliquis ordinet, ac negotia ecclesiastica ad se minime pertinetia conficiat, irrita quidem sunt, quæ ab eo gesta fuerint: verum & ipse suæ impudentiæ, & iniqui incensus justam poenam subeat, hinc jam a sancta synodo depositus.

C. VII. *g* Ad ordinationem ecclesie, que sibi commissa non fuerit, minime accedat Episcopus. Item ex eodem Antiocheno, c. 22.

Episcopum g non debere in alienam irruere civitatem, quæ probatur non esse subiecta, neque in regione

a Et in caput. l. 1. c. 153. Burchard. lib. 2. c. 91. b al. plebanum. c Burch. l. 1. c. 198. Ivo part. 5. c. 201. & simile p. 5. c. 108. ex epistola Bonifacii. d al. Nec aliter illuc accedat Episcopus. e al. excipiat. f id est, facimisterium. g Burch. l. 1. c. 71. Ivo p. 5. c. 178.

neum, quæ ad ejus curam minime noleatur pertinere, ad aliquid ordinandum, neque Presbyteros aut Diaconos constituere, ad alios 2. Episcopos pertinentes, nisi forte cum voluntate & testimonio 3. propria regionis Episcopi. Quod si a quibusdam horum quid tale facere voluerit, irrita quidem erit hujusmodi ordinatio, & quæ male 4. usurpaverit, à synodo arguantur. Nam si ordinare non poterit, nullatenus ad alios pertinentes judicare præsumat.

1. ¶ Ad aliquid] In hoc etiam canone Dionysii versio prior est, hic autem habet, super ordinatione cujusquam, quod græce est, ἐπιθετοῦ πρὸς ἑτέρον, ut quempiam ordinet.

2. ¶ Ad alios Episcopos] Eodem sermo modo Dionysius Græce legitur, ἄς τῶν ἐπίσκοπων ἑταίρων, id est, in locis alteri Episcopo subiectis.

3. ¶ Et testimonio] Græce tantum est, ἐπιμαρτυρίας, quod Dionysius vertit, cum consilio & voluntate.

4. ¶ Et quæ male] Sic est emendatum ex versu exemplaribus, & ex ceteris editionibus conciliorum, præter hæc postremam quatuordecimam. Dionysius habet, & ipse coëteatur à synodo, quod Græce est, ἀπο τῆς ἐκκλησίας τῶν ἐπιθετοῦ τῶν ἑταίρων, id est, & ipse puniatur à synodo.

5. ¶ Nam si] Ita hæc clausula in Græco canone, cujus tria exemplaria manuscripta collata sunt, minime habetur: sed Græca versio & Dionysiana habent. Similis sententia legitur super nullus prima.

C. VIII. ¶ Non accedant Episcopi ad ecclesias, quæ sunt extra eorum diocesim. Item ex synodo Constantinopolitana prima, c. 2.

Episcopi, qui extra diocesim sunt, ad ecclesias, quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant, & permisceant ecclesias. Secundum 1. regulas statutas; Alexandriæ quidem Episcopi ea, quæ sunt in Ægypto; tantummodo gubernent. Orientales autem Episcopi solius Orientis curam gerant, servatis tamen honoribus Primatus ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ synodi continentur. Sed & Asiæ diocesis Episcopica, quæ sunt in Asia, & quæ ad Asiam tantummodo diocesim pertinent, gubernent. Pontici autem Episcopi Ponticæ tantam diocesim habeant curam; Thraciæ verò ipsius tantummodo Thraciæ.

1. ¶ Secundum] Mutata est interpretatio, ut magis respondeat Græco canoni, ἀπὸ τῶν ἑταίρων, τὸν ἑπίσκοπον Ἀλεξανδρίας, &c. quod Dionysius vertit, sed juxta canones, Alexandrinus Antistes, &c. In editione autem conciliorum in tribus tomis decant hæc verba, ea quæ sunt in Ægypto tantummodo gubernent. Orientales autem Episcopi.

C. IX. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 3.

Non invitati Episcopi ultra diocesim accedere: non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponendis ecclesiasticis causis, servata regula 1, quæ supra scripta est de una quaque diocesi. Manifestum namque est, quod per singulas quasque provincias provincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea, quæ sunt in Nicæa definita.

1. ¶ Servata regula] Ita in omnibus editionibus hujus præfata versio: sed in Græco canone hic est initium periodi, & quæ sequitur ex ipso pendens, quemadmodum Dionysius vertit, servata verò quæ scripta est de gubernationibus 6. regulâ manifestum est, quod illa, quæ sunt per unquamque provinciam, ipsius provincie synodus disenser, &c.

2. pars. Hiis auctoritatibus prohibentur quilibet Episcopi clericos alterius ordinare. Sed quaritur, si contingat eos aliquibus sacerdotibus ordinare, an ordinari ab Episcopo suo in propriis ordinibus recipi possint.

a. Sup. nullus prima. b. ἐπιθετοῦ τῶν ἑταίρων.

C. X. ¶ Clerici ab Episcopo alterius parochie ordinati, à proprio in suis ordinibus recipi possunt.

De huiusmodi scribit Urbanus Papa Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo.

Lugdunensis a parochiæ clericos, quos contra statuta canonum ab alterius parochiæ Episcopis ordinatos literarum tuarum significatione monstrasti, cum graduum suorum honore recipere religionis tue prudentia poterit, si eos aliàs canonicè, & sine pravitate aliqua ordinatos confiterit: si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ perspexeris promereri. Legimus quippe sanctum Epiphanium Episcopum ex diocesi sancti Ioannis Chrysothomi quosdam clericos ordinasse: quod sanctus vir omnino non fecisset, si ei detrimentum fore perenderet. Quos igitur recipendos moderatio tua arbitrata fuerit, injuncta, satisfactio gratia, propter ecclesiam, quam offenderunt, congrua poenitentia, miserationis intuitu in suo quemque honore recipies, salva in omnibus sanctorum canonum disciplina.

QUESTIO III.

Quod autem Archiepiscopus clericos sui suffraganeis, illo in consilio damnare valeat, vel absolvere; sic videtur posse probari. Sicut totius Episcopatus ecclesia in potestate sunt Episcopi, sic & ecclesia totius Archiepiscopatus ad diocesim pertinent Archiepiscopi. Vocantur enim Episcopi à metropolitano in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Si quippe vices eius impertit, ut potestatem suam sibi non adimat. Vide & sine eius consilio nihil ei agere licet, sicut in concilio Martini Papæ e legitur, c. 4.

¶ Nec Episcopi sine metropolitani consensu, nec ille sine eorum consensu aliquid agere debet.

I. Per singulas provincias oportet Episcopos cognoscere metropolitanum suum, & ipsum Primatus curam suscipere: nihil autem agere reliquos Episcopos præter eum, secundum quod antiquitus à patribus nostris constitutum continetur in canone g. Propter quod metropolitani Episcopi nihil præsumptivè assumant, absque consilio ceterorum.

C. II. ¶ Sine metropolitani consensu extra suam diocesim nihil agat Episcopus.

Item ex concilio Antiocheno, c. 9.

II. Per singulas provincias Episcopos singulos scire oportet, Episcopum metropolitanum, qui præest, curam & sollicitudinem totius provincie suscepisse. Propter quod ad metropolitani civitatem ab his, qui causas habent, concurratur. Quapropter placuit eum, & honore præcellere, & nihil ultra sine ipso reliquos Episcopos agere, secundum antiquum Patrum nostrorum canonem, nisi hoc tantum, quod unicuique ecclesie per suam diocesim competit. Unquamque enim Episcopum oportet habere suæ diocesis potestatem, ut regat & gubernet secundum competentem singulis reverentiam, & providentiam gerat omnis regionis, quæ sub ipsius est civitate: ita ut etiam ordinare ei Presbyteros & Diaconos probabili iudicio liceat, & de singulis ipsius regionis causis cum moderatione & pondere disceptare. Ultra autem nihil agere permittitur citra Metropolitanæ Provincie consensum: nec metropolitani sine ceterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

a. Ivo p. 6. c. 42. b. al. ecclesia. c. Socrates l. 6. Histor. c. 24. d. 13. Triper. l. 10. c. 11. Nice. l. 13. c. 13. d. al. eu. e. in capitulis Martini Bracarensis, c. 4. f. al. primatum metropolitani Episcopi. g. Apst. can. 34. h. al. sibi assumat. i. Apst. can. 34.